


Rheginus tituli sancti Ciriaci presby-
ter cardinalis, Erasmo episcopo Plocensi.

97

Reverende in Christo pater amice et tanquam
frater noster charissime. Durante sanctissimo
domino nostro Julio, unà cum principibus
christianis sanctam contra immanissimos
Turcos expeditionem, ut paternitas vestra ex
Brevi, quod ad serenissimum Polonia re-
gem exarat, intelligere poterit; postponendum
non duximus, quin etiam per has nostras
reverendam paternitatem vestram rogavimus,
ut pro apparatu necessario ad tam san-
ctum opus partes suas interponere sedulo
vellet. Persuasum profecto habemus, ut cum
omnipotens Deus principes christianos ita
concordes fecerit, quod partim personaliter,
et precipue catholicus rex, ad bellum pro-
fecturi, partim copias suas cum ducibus
destinaturi sint; sedam Machometanam ra-
dicitus perditum iri, non sine christia-
na religionis summo incremento, quiete
et tranquillitate. Plura non scribimus,
quandoquidem dominus Pivo secretarius
noster rem omnem coram enarrabit reve-
renda paternitati vestre, quae diu felix
valeat, et pro cuius commodo et ornamen-
to parati ex corde sumus. Roma die 7.
Augusti, anno Domini 1509.

Religione ...



Main body of faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.